

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Capvt. VII

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

# DE ARCHITEC. LIB. III.

III

bus habeant ternas partes, impagibus distributiones ita fierint, uti diuisis altitudinibus in partes quinq; due superiori, tres inferiori designentur. Super medium medijs impagis collocentur, ex reliquis alij in summo, alij in imo compingantur. Latitudo impagis fiat tympani tertia parte, cymatum sexta parte impagis. Scaporum latitudines impagis dimidia parte. Item replum de impage dimidia & sexta parte. Scapi qui sunt ante secundum pagmentum, dimidium impagis constituantur.

Sin autem ualuate erunt, altitudines ita manebunt, in latitudinem adiiciatur amplius foris latitudo (si quadriforis futura est) altitudo adiiciatur. Atticurges autem iisdem rationibus perficiuntur, quibus Dorica: præterea corsæ sub cymatijs in antepagmentis circundantur, que ita distribui debent, uti in antepagmentis, præter cymatum, ex partibus septem habeant duas partes, ipsaq; fororum ornamenta non sunt cestro rota neq; bifora, sed ualuata, & aperturas habent in exteriores partes. Quas rationes ædium sacrarum in formationibus oporteat fieri Doricis, Ionicis, Corinthijsq; operibus, quo ad potui attingere, ueluti legitimis moribus exposui. Nunc de Tuscanicis dispositionibus, quemadmodum institui oporteat, dicam.

## DE TUSCANIS RATIONIBVS AEDIVM sacrarum. C A P . V I I .

**L**OCVS in quo ædis constituetur, cum habuerit in longitudine sex partes, una dempta, reliquum quod erit latitudini detur. Longitudo autem diuidatur bipartito, & quæ pars erit interior, cellarum spatijs designetur: quæ erit proxima fronti, columnarum dispositioni relinquantur. Item latitudo diuidatur in partes decem, ex his ternæ partes dextra ac sinistra cellis minoribus, siue ubi æle future sint dentur, reliqua quatuor mediae ædi attribuantur. Spatiū quod erit ante cellas, in pronao ita columnis designetur, ut angulares contra antas parietum extremorum è regione collocentur. Due mediae è regione parietum, qui inter antas & medianam ædem fuerint, ita distribuantur, ut inter antas, & columnas prio-

O 3 res per

ni ualua-  
uodecim,  
imo con-  
ertia par-  
contrahæ-  
triginta,  
quo altio  
utem an-  
odecima,  
e. Super-  
assitudo.  
ra autem  
um astra-  
hyperthy-  
Doricum,  
t cum cy-  
uod supra  
nt facien-  
gantur.  
ndem mo-  
tur, ut al-  
semis ima-  
antepag-  
uius crassi-  
tes. xij. ha-  
ertia quin-  
a autem ad  
perthiridie-  
ac sinistra  
& habeant  
am, in imo  
ine luminis  
cim parita-  
bus habe-

res per medium ijsdem regionibus alteræ disponantur, eæq; sint imæ crassi tudine altitudinis parte septima, altitudo tertia parte latitudinis templi, summaq; columnæ quarta parte crassitudinis imæ contrahatur.

Spiræ earum alte dimidia parte crassitudinis fiant, habent spiræ eorum plinthus ad circum altam suæ crassitudinis, dimidia parte, torum insuper cum apophygi crassum quantum plinthus. Capituli altitudo dimidia crassitudinis. Ab aci latitudo, quanta imæ crassitudo columnæ.

Capituliq; crassitudo diuidatur in partes tres, è quibus una plinthus, quæ est in Abaco, detur: altera Echino, tertia Hypotrachelio cum apophygi. Supra columnas trabes compactiles imponantur, uti sint altitudinis modulis ijs, qui à magnitudine operis postulabuntur. Eæq; trabes compactiles ponantur, ut tantam habeant crassitudinem, quanta summa columnæ erit hypotrachelium, & ita sint compactæ sub scudibus et securiculis, ut compactura duorum digitorū habeat laxationem. Cum enim inter se tangunt, & non spiramentum & per flatum uenti recipiunt, calefaciuntur, & celeriter putrescent. Supra trabes & supra parietes traicturæ multiorum parte quarta altitudinis columnæ proiiciantur. Item in eorum frontibus antepagmenta figantur, supraq; ea tympanum fastigij extrestructa seu de materia collocetur. Supraq; id fastigium columnæ canterij, templo ita sunt collocanda, ut stolidum tecti absolutiter tario respondeat. Fiunt autem ædes rotundæ, è quibus aliae monoptera sine cella columnatæ constituantur, aliae peripteræ dicuntur. Que sine cella fiunt, tribunal habent & ascensum ex suæ diametri tertia parte, insuper stylobata columnæ constituentur tam alte, quanta ab extremis stylobatarum parietibus est diametros, crasse altitudinis suæ cum capitulis & spiris decumæ partis. Epistylum altum columnæ crassitudinis dimidia parte. Zophorus & reliqua quæ insuper imponuntur, ita uti in tertio volumine de symmetrijs scripsi.

Sin autem peripteros ea ædes constituerit, duo gradus, & stylobate ab imo constituantur, deinde cellæ paries collocetur cum recessu eius astylobata circa partem latitudinis quantam, medioq; ualuarum locus ad altius relinquatur. Eaq; cella tantam habeat diametrum, præter parietes & circuitonem, quantam altitudinem columnæ supra stylobatam. Columnæ circum cellam ijsdem proportionibus symmetrijsq; disponantur.

In medio

In medio tecli ratio ita habeatur, uti quanta diametros totius operis erit futura, dimidia altitudo fiat tholi præter florem. Flos autem tantum habet at magnitudinem, quantam habuerit in summo columnæ capitulum præter pyramide. Reliqua (uti scripta sunt) ea proportionibus atque symmetriis facienda uidentur.

Item generibus alijs constituantur ædes ex ijsdem symmetrijs ordinate, & alio genere dispositiones habentes, uti est Castoris in circulo Flaminio, & inter duos lucos Veionis. Item argutius nemori Diana columnis adiectis dextra ac sinistra ad humeros pronati. Hoc autem genere primo facta ædes, uti est Castoris in circulo, Athenis in arce, Minervæ, & in Atticæ summo, Palladis. Earum non aliæ, sedem sunt proportiones. Cellæ enim longitudines duplices sunt ad latitudines, et uti reliqua expona, que solent esse in frontibus, ad latera sunt translata.

Nonnulli etiam de Tuscanicis generibus sumentes columnarum dispositiones, transferunt in Corinthiorum, & Ionicorum operum ordinatus. Quibus enim locis prona procurrunt antæ, in ijsdem è regione cellæ parietum columnas binas collocantes efficiunt Tuscanicorum, & Graecorum operum communem ratiocationem. Alij uero remouentes parietes edis, & applicantes ad inter columnia pteromatos spatio parietis sublati efficiunt amplum laxamentum cellæ. Reliqua autem proportionibus & symmetrijs ijsdem conseruantes aliud genus figuræ nominisq; uidetur pseudoperipterum procreauisse. Hec autem genera propter usum sacrificiorum conuertuntur. Non enim omnibus diis ijsdem rationibus ædes sunt facienda, quod aliis alia uarietate sacrarum religionum habet effectus. Omnes etiam sacrarum ratiocationes, uti mihi traditæ sunt, exposui, ordinesq; & symmetrias earum partitionibus distinxii, & quarum disparates sunt figure, & quibus discrimibus inter se sunt disparate, quod potius significare scriptis curauit. Nunc de aris deorum immortium, uti aptam constitutionem habeat ad sacrificiorum rationem, dicam.

#### DE ARIS DEORVM ORDINANDIS.

##### CAP V T VIII.

**A**RÆ spectent ad orientem, & semper inferiores sint collocatae, quam simulacra, quæ fuerint in æde; uti sufficientes diuinitatem qui sup-

ima crassi  
nis templi,  
ur.  
t spiræ eae  
rite, torum  
altitudo di  
mnae.  
aa plintho,  
cum apo  
ti sint alti  
eque trabe  
nta summa  
libus et se  
Cum enim  
cipiunt, con  
or a parietes  
roijciantur,  
tympanum  
igium colu  
absolutiter  
monoptera  
Que sine  
ia parte, in  
extremis sy  
um capitulis  
linis dimidi  
uti in tertio  
stylobate  
ess eius asty  
locus ad ade  
ter parietes  
batam. Co  
disponantur.  
In media